



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Eluangam conatur hæresi expurgare.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

quam destituit, sed continenter profequi profu-  
eximia pietate dignetur.

*Lustrat suam  
provinciam.*

Per æstatem vti priore anno fecerat, assum-  
pto secum Ingolstadiano Rectore Nicolao Lu-  
noio Austriam, & Boëmiam peragrauit. Pragæ  
se, & Viennense inuisit Collegia, quæque opus-  
rant, pro instituti ratione constituit. Quod ipse  
frequentiore excursu, vt in viciniora, Ingolsta-  
& Monachij in Bauaria fecit. Viennæ cum esse  
egit prolixè cum Cæsare, qui ad multas, graue  
deliberationes sententiam notæ iam sibi sapien-  
tiæ eius, & scripta voluit. Cum eo simul transiit  
de Oenipontani Collegij primo quoq; tempo-  
faciendis exordiis. Pragæ quoq; cum Ferdinan-  
Archiduce familiariter multa de religione tuen-  
da contulit. Summam ad id voluntatem Archi-  
dux præse, & aduersus Canisium benignitate  
singularem tulit, quem & proficiscētem suo cu-  
ru, quo veheretur vti coëgit. Ille dum redit, ex-  
nere aliquanto tempore hæsit Eluangæ postu-  
tu Cardinalis Othonis. Præpositus eius Ecclesiæ  
erat Otho: & quosdam ab Hæreticis in fraude  
inductos modis omnibus dedoceri, reuocarique  
ad Catholicos cupiebat. Iacta sunt apostolica re-

*Eluangam co-  
natur Hæresis  
expurgare.*



tia, & conclusa piscium multitudo minor quidē  
 votis, haud tamen poenitenda. Augustam inde  
 peruectus, repetitoque confestim veteri doctrine  
 curriculo, habuit auditorum propensiora studia,  
 quo tanquam recentes, & integri ad recentem, ac  
 nouum ex interuallo audiendum redibant. Itaq;  
 sub annum extremum cum Iobelæum Ponti-  
 ficium ad Concilij successum, quod Tridenti re-  
 petebatur, promulgasset, adiecissetque more suo  
 de ea largitate doctas, copiosasque disputationes,  
 eam vulgo commouit pietatem, vt ipsemet, rerū  
 suarum minimē benignus narrator, affirmet, dici  
 vix posse quam ea res feliciter euenerit. Scripsere  
 alij, & quidam Canoniorum post centum an-  
 nos tantam religionem Augustæ nunquam con-  
 spectam. Nunquam par extiterat ardor in fince-  
 ris Christi cultoribus: nunquam plures rectæ fi-  
 dei desertores perfidiæ castra deseruerant: & in  
 gratiam cum Ecclesia sancta redierant.

*Indulgentias im-  
 meritam existi-  
 mationem Aug-  
 gustæ reponit.*

Verum enim vero, quantam boni omnes ca-  
 piebant lætitiā ex instauratione Concilij, tanta  
 Canonicos Augustanos incessit cura, ne sibi Ca-  
 nisius, eò pariter auocatus, eriperetur. Inde ab  
 Cardinali Othone valde per literas institere, vt

*Contendunt  
 Canonici ne  
 ad Concilium  
 auocentur.*